

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Pro die Jovis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

ibidem per septennium exanimarunt, internumque dolorem ac compassionem Mariae & Josephi videntium Iesum vix natum ad necem queri: petoque, ut simili semper, teneroque devotionis affectu erga Iesum meum serar.

## Pro die Mercurii.

**O**ffero tibi mi Deus 40. dierum jejuniura, sum, fumem, inter sylvestres feras habitacionem, & hunc cubationem Salvatoris mei, sparsas ex purissimis ejus oculis ardentissimas pro mundi salute lacrymas, orationes, molestas Demonis tentationes superatas, & post egressum ex solitudine sudores, labores, itinera odia, & adversa, qua pertulit. Et per hac omnia, quorum unumquodque infiniti erat meriti, peto passionum & temptationum mearum victoriam, penitentia & orationis studium, zelum animarum, & magnanimum atque Apostolicum spiritum.

## Pro die Jovis.

**O**ffero tibi mi Deus infinitum erga humanum genus amorem IESU mei; dum nocte, antequam traderetur, corpus & sanguinem suum ei in Eucharistia Sacramento per modum testamenti transcripsit. Offero agonem, quem in horto Gethsemani fuso copioso ex omnibus venis sanguine pertulit; contumelias ibidem & in domo Anna & Caiphaei illatis, percussiones, colaphos, calcum iclus, catenus, quas sustinuit; dolorem, quem

Solide devotionis exercitia, 49

quem ex Apostolorum fuga, Petri negatione, Iude  
preditione, Caipha sententia sensit. Infanda quæ  
sterius passus est, velamen, quo ejus oculi fuere  
velati, irrisiones apud Herodem, accusationes  
apud Pilatum, &c. Et per hæc omnia peto recipro-  
cum ac debitum ex parte mea amorem JESU mei,  
solatium in angustiis & afflictionibus meis, forti-  
tudinem in adversis, mundi contemptum, resig-  
nationem in divinam voluntatem, promptamque  
obedientiam.

Dic Veneris.

Ofero tibi mi Deus inter spineam coronati-  
onem, illusionem, inter clamores: Tolle,  
tolle, crucifige, inter flagellationem, contumelio-  
sam crucis bajulationem & crucifixionem, JESU  
mei mansuetudinem. Et per hæc omnia peto amo-  
rem Crucis, constantiam in divino servitio, imi-  
tationem mansuetudinis erga hostes, contumelias,  
vel etiam acerbiora mihi inferentes. Demum  
gratiam amarè defendi peccata propria & aliena.

Die Sabbathi.

Ofero quinque sacra JESU mei vulnera, latus  
eius per fostrum, sacratissimum inde cum aqua  
effusum sanguinem reliquum, doloris gladium,  
qui ideo pertransivit animam benedictæ ejus Ma-  
ris. Ofero septem ultima in Cruce verba cum  
infinito erga Deum & homines amore prolata.  
Demum horas, quibus in Cruce pependit, & in  
sepul-